

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amor ar  
cum fonte primo

Dilexit nos Deus dulciter, sapienter, fortiter.  
Dulciter, nempe dixerim, quod carnem induit,  
sapienter quod culpam cavit, fortiter  
quod mortem sustinuit.

Dilexit autem dulciter, sapienter, fortiter.  
Dulce nempe dixerim, quod carnem induit;  
cautum, quod culpam cavit; forte,  
quod mortem sustinuit.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 20.3 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.115, ll.19-21).

Disce ergo, Christiane, a Christo  
quemadmodum diligas Christum.  
Disce amare dulciter

ne illecti, prudenter ne decepti, fortiter  
ne compressi deficiamus.

Bernardus super Cantica sermone XX.

Disce, christiane, a Christo,  
quemadmodum diligas Christum.  
Disce amare dulciter,  
amare prudenter, amare fortiter: dulciter,  
ne illecti, prudenter, ne decepti, fortiter,  
ne oppressi ab amore Domini avertamur.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 20.4 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.116, ll.17-19).